Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Requiē Gradu:
Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis ℣ In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit:

Absolue Tractus
Absolue domine animas omniū fidelium defunctorū ab omni vinculo delictorū ℣ Et gratia tua illi succurrente mereantur euadere iudicium vltionis. ℣ Et lucis eterne beatitudinis premia

Sequēdū Iohannē:
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eū qui venit ad me non eiiciam foras. Quia descendi de celo: nō vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo